

qui est a dextris aquilonis dicitur chorus quia circum ventorum quasi claudit et ad se trahit. hic competit paci que omnes virtutes per appetitum sui ad se trahit. quia omnia paces exoptant. Deo dicit Aug. li. xix. d. tri. Et Dionys. c. ix. de diu. nomi. hec velut finis claudit circum omnium virtutum et affectionum anime. et ps. cxlvij. Qui posuit fines tuos pacem. Ite quidem ventus in frigidat. quia pax iracundie accensione reprimat. et ira cordi refrigerium tribuit. Quod decimus ventus qui pcedit ab aquilone dicitur boreas ab ipso boreis montibus a quibus fiat. et hic competit modestie. quia ventus generat nivem quam cadens puritatem habet. Fin illud Eccli. xliij. Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus. Et modesta exteriorum motuum hominum purificatio redditur pulchra et grata oculis intuentium videlicet quando aliquis exteriores mores suos siue motus moderatur secundum continentiam suam et negotiorum et locorum et aliarum personarum. De hac dicit Ambr. li. j. de officiis. Hec est pulchritudo viuendi bene continentiam cuiusque sexui et persone reddere. hic ordo gestorum optimus. hic ornatus ad omnium actionum accommodus. Ex istis duodecim virtutibus aut fructibus cognoscit qui libet homo an venit ad se spiritus sanctus.

De eodem. Bermo. ij.

Sic deus dilexit mundum. ut filium suum unigenitum daret. Joh. iij. magister li. Ar. proprietatum dicit de provinciis. quod in hybernia est quedam insula in qua homines non moriuntur. sed nimio senio affecti ut moriantur extra insulam deferuntur. Et forte causa illius est bonitas aeris et nutrimenti. quia ibi non est serpens nec rana nec aranea venenosa que inficere possunt aerem. sed tota terra adeo contraria est veneno. ut terra inde lata et super serpentes aspersa eos punit et occidit. et si buffones in hybernia deferantur statim moriuntur. Spiritualiter per hanc insulam intelligitur patria celestis in qua nullus ibi existens potest mori. Quia Apo. xxi. Neque mors erit ibi. sed ibi erit vita eterna. quod testatur Aug. li. soli. Ibi est eterna refectionis. perpetua dilectio. iocunda possessio. tranquillitas sine labore. leticia sine merore. dies sine nocte. vita sine morte. Et Bern. in li. d. conditione humane miserie loquens de illa patria dicit. quod ibi est summum bonum. summa felicitas. summa iocunditas. vera libertas. perfecta charitas. eterna securitas. et secunda eternitas. ver-

itas. Est ibi pax pietas bonitas lux virtus honestas. Gaudia leticia dulcedo vita perennis. hec Bern. Ecce quod in celi patria non est mors sed vita perpetua. Sed quia homo peccauit aliter nisi Christus moreretur redimi non potuit. Sicut dicit Ansel. i. li. Cur deus homo super illud. Si non potest transire calicem nisi bibat illum? Non inquit potuit transire calicem nisi biberet? Non quia mortem vitare nequerat. Sed quia aliter mundus saluari non posset. Qui autem Christus in celesti patria per hominem mori non potuit. ideo ex causa per paternam dilectionem et suum infinitum amorem delatus fuit in hunc mundum ut satisfaceret moriendo. ideo dicit beat. Bern. xvi. Fili cum esset in sinu patris a regalibus sedibus per animam hominis descendit. ut eam de potestate diaboli liberaret. et hoc dicunt verba hec euangelij. Sic deus dilexit mundum in quo duo tangunt. primo dilectio paterna ibi. sic deus dilexit mundum. secundo missio filialis ibi. ut filium suum unigenitum daret. Circa quod nota quod omnipotens deus suam dilectionem ad nos ostendit in multis. primo quod in hoc quod puenit tarditatem nostre beniuolentie. Iuxta illud. J. Joh. iij. In hoc apparuit charitas dei nobis quoniam filium suum unigenitum misit deus in mundum. ut viuam per ipsum. In hoc est charitas non quasi nos dileximus deum. sed quoniam ipse propter dilexit nos et misit filium suum per passionem per peccatis. Et quia ipse propter dilexit. dicit Bern. quod dulcis deus est primus in accessu et ultimus in recessu. Et ideo puenieter cor humanum exigit sibi dari. Iuxta illud Prover. xliij. Prebe fili mi cor tuum mihi. Sicut enim ipse primus est in accessu pueniendo voluntatem ut ad deum puerat et ultimus in recessu. Quia primo natura et causalitate homo recedit a deo per peccatum et deus eum relinquit subtrahendo gratiam. Ita cor humanum primo inter partes corporis quod viuificat et ultimum quod morit. In cuius figura dicit Exo. xiiij. Sanctifica mihi omne primogenitum. id est. cor humanum quod inter membra humana primogenitum dicitur. Et hoc est quod precipitur Mat. xxij. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. Et dicitur non tantum Prover. xxij. Fili mi prebe mihi cor tuum. Ubi nota quod deus exigit sibi cor humanum dari tripliciter. Primo vult quod prebeas sibi cor tuum liberaliter non quod mutues nec quod vendas. quia hoc non liberaliter esset. Illi enim sibi mutuant qui sibi seruiunt pro temporali prosperitate consequenda. et quando eius subtrahitur prosperitas subtrahunt cor suum. Sicut ille de quo dauid in ps. xlvij. Confitebitur tibi cum bene feceris ei. Illi autem vendunt qui diligunt eum pro mercede. qui tantum de deo cogitant quantum iam de beneficiis ab ipso se percepisse cognoscunt. Primi enim mutuant sub specie futuri commodi. Secundi autem vendunt pro mercede accepta. De quibus dicit Isa. xxix. populus

Feria scda pentecostes

iste ore suo et labijs suis glorificat me. cor autem eorum longe est a me. **S**ed illi cor suum donant deo qui meram dei bonitatem et beneficia spiritualia cogitantes. necnon et amore patrie celestis cor suum custodiunt. et regendum in manibus dei ponunt. et illud exigit sibi dari dicens prebe fili mi mihi cor tuum. q. d. **F**ili mi per creationem. prebe per donationem. cor per dilectionem. tuum per compassionem. mihi per deuotionem. **S**ecundo vult deus ut des sibi cor tuum integraliter. **J**uxta illud prius allegatum. **D**iliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. et ex tota anima tua etc. **E**st enim deus sicut homo zelotipus qui non dimittit uxori sue alios diligere. **J**uxta illud **1. Cor. xxiii.** **N**oli adorare deum alienum. dominus enim zelotes nomen eius. dominus enim emulator. **N**ec mirum si cor requirit. quia ipse solus nos redemit. **A**uis generosa cum diu volauerit se fatigando et predam ceperit merito cor prede sue requirit. **X**ps enim generosus ille falco. pro te preda sua capiendam volauit de celo in vterum virginis. de virginis vtero in patibulum. de patibulo ad infernum de inferno ad mundum. de mundo ad celum. et ideo merito vendicat sibi cor tuum. **P**arare ergo debemus ei cor nostrum sicut aui predali paratur cor prede sue. **P**rimo extrahitur lauat eum primum et in parte discinditur. **S**ic moraliter extrahitur cor nostrum per peccatorum occulorum recordationem. **J**uxta illud **ps. lxi.** **E**xfundite coram illo corda vestra. lauet per lachrymarum super infusionem. **1. Thim. i.** **L**aua a malicia cor tuum ut salua fias. **C**omprimatur per contritionem. quia cor contritum et humiliatum deus non despiciet. **E**t sanguis. id est. peccatum exprimatur per confessionem. fac ut de corde tuo exeant cogitationes male. scilicet. furta et adulteria et alia que narratur a saluatore **Matth. xv.** et tandem discindatur per penam satisfactionem. et tunc debet sibi dari per deuotionem. **S**icut ipse dominus petiit **Job. ii.** **C**onuertimini ad me in toto corde vestro. **T**ertio vult deus ut des sibi cor tuum perpetuo. **S**olent enim homines quando volunt simpliciter et perpetue aliquid dari alicui. facere sibi chartam bene scriptam et postea illam signant sigillo. et tandem ponunt eam in possessionem et tenet. et tunc de dono suo perpetuo est securus. **S**ic et nos facimus deo chartam de corde nostro scribendo in illo mandata ac precepta sua. **J**uxta illud **Pro. vii.** **S**cribe illam videlicet legem in tabulis cordis tui. et iteque sicut canit. **A**udi israel precepta domini et ea in corde tuo quasi in libro scribe. **E**t postea signetur sigillo humanitatis scilicet xpi quod sculptum fuit in multis locis

et litteris in passione hoc applicemus per deuotam contemplationem menti nostre memoriam illius passionis. et hoc deuote commemorando **J**uxta illud **1. Cor. xii.** **P**one me sicut signaculum super cor tuum. et tunc pone in scrinio. id est. mente ut per gratiam illic habitare dignetur. **S**icut optauit apostolus ad **Eph. i.** **D**et deus vobis secundum diuitias glorie sue virtutem corroborari per spiritum in interiori homine. christum inhabitare per fidem in cordibus vestris. **S**ecundo **D**ostendit nobis deus suam dilectionem in hoc quod abluuit feditate in grate conscientie. deleuit enim peccatum originale et actuale. **O**riginale deleuit peccatum per proprii sanguinis effusionem. **S**ed delet peccatum actuale per sacramentalem penitentiae lotionem. et hoc est quod nobis commemorat **Joh. 1.** **A**po. **D**ilexit nos et lauit nos in sanguine suo. **S**anguis enim significat amorem. ideo et sanguine complexionis sunt naturaliter amatiue et iuuenes sunt magis amatiui quam senes. propter sanguinis effusionem amplior. **N**arrat **Hiero.** contra **Iovinianum** li. i. allegans xenosontem hic scripsisse de infantia cyri maioris. **S**cribit enim **Hiero.** xenosontem. occiso ab tridato viro quem penthear vxor mirro dilexerat collocasse se iuxta corpus lacerum et confosso pectore sanguinem suum mariti vulneribus infudisse. **I**to modo moraliter anime deuote sponse fideles christi videant contemplando maritum suum occisum non casualiter. sed pro eorum amore defunctum sponte collocet se iuxta corpus lacerum crucifixi. et illud tam voluntate quam intellectu quasi duobus brachijs amplectentur. **C**onfodeant pectus suum gladio doloris contritionis et compassionis ut inde sanguis amoris erumpat et in vulnera saluatoris erumpat. ut dicit **hol. lec. cxxxiii.** **H**ic incidit questio cum dicit apostolus **Sine sanguinis effusione non fit remissio peccatorum. ad Heb. vii.** **E**t quia christus ex vera dilectione sanguinem suum totalem effudit. et quare tunc peccatum originale in posteris non fuit remissum **E**t sic etiam querit archidiaconus in rosario super decretum. **Q**uare venia prestita ade et eue de peccato. remansit originale in posteris ex quo damnatur eternaliter pena damni. **R**espondet quod ex peccato priorum parentum fuit caro corrupta. et illa carnis corruptionem transmiserunt in posteros et quotidie transmittunt patres in filios ut. i. q. iiii. **I**am itaque. **C**um originale nascitur et trahitur ex communiione anime ad carnem corruptam. cum illa corruptio sublata non fuerit. nec originale. **T**ertio deus ostendit ad nos suam dilectionem in hoc quod superat quantitatem nostre sufficientie. plura enim

tribuit q̄ perfecte intelligere vel desiderare sci-
amus. nec sufficimus suum amorem recompen-
sare. propter quod apostolus vocat charitatē
eius nimiam dicens. Propter nimiam charita-
tem suā qua dilexit nos. Sicut enī dicit 1 Cor. xiii.
de repatione lapsi. nemo amicorū carnaliū etiā
si sit in hoc supra modum insaniens. ita exarde-
scere potest in amorem dilectē suē. sicut deus ef-
funditur in amorem animarum nostrarum. Est
notandum q̄ quattuor defectus in dilectione
hominum contingit reperire a quibus amor di-
uinus totaliter est alienus. Sunt enim aliqui q̄
licet amentur non tamen readamant. amatores
sicut sunt ingrati. Contra diligit illos deus q̄
ipsum amant. Juxta illud. Proverb. viii. Ego
diligentes me diligo. Sunt qui diligunt. Sed
propter propriam utilitatem. indigent enim be-
neficiis amicorum. et si non indigerent eos non
amarent. de quorum amicitia dicit Seneca in q̄-
dam epistola. negociatio est amicitia que ad cō-
modum attendit. Et fm Aristo. viii. ethic. Quis
sit amicitia propter utile. propter delectabilē. p-
ter honestum. Diligentes propter utile sunt
minimi amici inter omnes. hoc etiam plangit
Quidius li. ii. de ponte. Sit tibi turpe quidem
Sed si modo vera fateamur. vulgus amicitias
utile probat. Per oppositum autē deus non di-
ligit nos propter suam utilitatem. q̄ nostris nō
indiget. teste dauid in ps. xv. Bonorum meorū
non indiges. Sed diligit nos ad fructū nostrū
Juxta illud ad Eph. i. Gratificauit nos. id est.
gratos nos sibi fecit in suo filio. Jux illud. Osee
xiiij. Sanabo contritiones eorum diligam eos
spontaneē. Tertio sunt qui diligunt homines.
sed non nisi i prosperitate et felicitate. et de quo
libet illorum verificat illud. Boetij. ii. de cōso.
Quem amicum felicitas inimicum infortuni-
um facit. vnde dixit quidam. exemplo didici q̄
prosperitas amici res amplectantur non nos.
sed nostra sequuntur. Et alius dixit. Non sunt
persone sed prosperitatis amici. Quos fortu-
na tenet dulcis. aduersa fugat. per oppositum
deus est qui maxime diligit. tunc quādo homo
a mundo deferitur et a malis hominibus agitat.
Quia dicit per. ps. ix. Cum ipso sum in tribula-
tione. Ideo consulit hoc Aug. cuilibet hominē
ut deum amicum pre alijs diligat dicens. Ali-
ge illum amicum pre omnibus amicis tuis. qui
cum omnia subtrahata fuerint. tibi soli fidem ser-
uabit in die sepulture tue. cum amici tui rece-
dent a te ille non relinquit te. Sed tuebitur te a
rugientibus preparatis ad escā. et producit ad
ignotam regionem atq̄ ad plateas celestis hie-
rusalem ubi collocabit te cum angelis ante fa-
ciem sue maiestatis. ubi est cumulus felicitatis.

supereminens gloria abundans. leticia et om-
nia bona. Quarto in mundanis amicis inueni-
tur defectus. quia multi diligunt viuētem sed
mortuum odiunt et persequuntur. cuiusmodi
sunt filij vxor seruus et executor. cum enim fue-
rit defunctus tunc illi qui eum de bonis suis iu-
uare deberent. spoliant et depredantur et sibi ap-
propriant quicquid possunt. Unde metricē dici-
tur. Post mortē morsum vertit dilectio dorsum.
Finita vita finit et amor ita. Ideo mortui con-
queruntur principaliter de tribus. Primo de
malis executoribus quorum quidam legata di-
minuunt et defalcant. Quidam differunt et pro-
longant. Quidam totaliter auferunt ut visibus
suis appropriant et permittunt miseros spiritus
eiulare et clamare in purgatorio. dum ipsi tri-
pudiant et cantant in conuiuio. ecce qualis di-
lectio ipsorum ad mortuos. ideo possunt dicere
illud 1 Sa. xxvii. Posuimus mendacium spem
nostram. Similiter illud. Treñ. iij. Perijt spes
nostra et finis meus. Secundo conqueruntur
de peruersis sacerdotibus qui defunctis nocēt
tripliciter. primo eos defraudant debitis orati-
nibus. secundo abutuntur eorum legatis et ob-
lationibus. tertio male viuendo faciunt se indi-
gnos dei et sanctorum exauditionibus. Job. ix.
Scimus quoniam de peccatores nō exaudit.
Sed si quis dei cultor est et eius voluntatem fa-
cit hunc et exaudit. vnde isti possunt dicere. 1 Sa.
xx. Neccine erat spes nostra ad quos confugi-
mus in auxilium. ut liberaret. quasi diceret sed
non liberant. Tertio conqueruntur de ingratīs
heredibus qui eorum bona per labores et tedia
quesita iam occupant in iocunditate. filijs fra-
tribus vxoribus filiabus consanguineis et ex-
traneis assignatis qui omnes illos obliuioi tra-
diderunt ac si eorum bona nunq̄ vidissent quo-
rum aliqui bona parentum expendunt in luxu-
rijs. aliqui ea mutuunt pro vsuris. Sed viliori-
bus et de minimis dant forte vnum frustum vix
nigri panis ad magis semel i hebdomada. Ali-
qui sunt pessimi qui nec eos habent in memoria
vnde de defunctis sic dolentibus deceptis ex-
poni potest illud. 1 act. ix. Dolebas nimis acha-
ron qm̄ confusa est spes eius. Acharon interp-
tatur tribulatio spiritus et significat spiritus in
purgatorio. existentes quorum spes quā habue-
runt de amicis confusa est. Sed per oppositū
deus facit qui satis diligit viatorem dum viuūt.
Sed longe amplius post mortem. Job. xiiij. Cū
dilexit suos qui erant in mundo in finem. id est
in perpetuum dilexit eos. Hier. xxxi. In cha-
ritate perpetua dilexi te. Et ideo ut inquit. ps.
xxxix. Beatus vir cuius est nomē domini spes
eius et non respexit inuanitates et insanas fal-
las.

Feria tertia pentecostes

4 **fas.** **Et iter.** **Eccl. xxxi.** **Vir** q̄ nō spauit in thesauris pecunie. videlicet quos per manus amicorū relinqueret post mortē dispergendos sed sperauit in deū qui eum in tribulatione liberauit et non dereliquit. **Quarto ostēdit deus dilectionem suam in hoc q̄ nobis temperat voluptatem plurime affluentie vnde. ij. Thessal. ij.** **Dilexit nos** et dedit consolationem eternā que et quanta sit sancti exprimere nitūtur et nō possunt. **Augustinus de moribus ecclesie.** **Quanta** inquit est pulchritudo iusticie. tanta est iocunditas leticie et lucis. hoc est immutabilis veritatis atq; sapientie vt etiam si non liceret in ea manere amplius q̄ vnus diei hora. propt̄ hoc solum innumerabiles anni huius vite pleni delitijs et circumfluentia bonorum temporalium recte meritoq; contemnerentur. **Et Chrys.** de reparatione lapsi. **Et continue** inquit oportet tormenta p̄ferre si ipsam gebennam paruo tempore tollerarem pro eo vt christum possemus videre in gloria venientem numero sanctorum sociari. **Nonne** erat dignum pati omne quod ē triste modo. vt tanti boni tanteq; glorie participes haberemus? quasi diceret. sic. ad quaz gloriam perducatur.

Feria tertia Penteco.
Sermo primus.

Spiritus tuus
bonus deducet me in terram rectā. ps. cxlij. **Plini⁹** in spe. na. **h. viij. c. v.** Si elephas hoīem errāre sibi obuiū viderit in solitudine p̄mum ne ipsum terreat aliquid quantulum de via se subtrahit et tunc gradus figit et paulatim ipsum p̄cedens viā ei ostendit. et si draco ei occurrerit pro homine defendendo cū eo pugnat et viriliter se opponit. et hoc potissimum dicitur facere quando habet iuuenes. **Et** met enim q̄ homo querat fetus suos. et ideo se de homine primo expedire desiderat. vt sic securius possit filios suos. et eo cautius custodire. **Moraliter** per elephantem quod est animal magnum intellige prelatus qui est magnus in dignitate. quia dicit **Innocen. tertius de maio.** et obedientia. ad **Constantinum imperatorem** ca. **Solite.** Quanta inter solem et lunam tanta inter pontifices et reges differentia cognoscat. vbi dicit glo. **Quam** terra sit septies maior luna sol autem octies maior terra. restat vt pontificalis dignitas quadragesies septies sit maior regali dignitate. **In** qua glo. laurentij notatur maioritas prelatorum. **Isti** enim prelati si viderint errare homines in solitudine huius mundi

debent eos benigna monitione precedere. et in viam rectam reuocare vel eis viam veritatis ostendere. **Quia dicit Innocen. dist. lxxxiij. c. error.** **Error** cui non resistitur approbatur. et veritas cui minime defensatur opprimitur. **Et** spiritualiter per elephantem subaudi spiritum sanctum propter proprietates eius. **Et** eni elephas animal valde benignum. quia caret felle vt dicit **Aristo.** ita spiritus sanctus est benignus **Sap. i.** Spiritus sapientie benignus est. **Nam** licet in principio nobis cum quodā terrore appareat. tamen statim post vel in eodem momento nobis suam presentiam spiritu benignitatis atq; lenitatis contemperat. **Sicut** figuratum ē **Hester. xv.** Quod hester cuncta ingressa per ordinē hostia vbi ille sedebat in solio regni indutus vestibus regijs auro fulgens. eratq; terribilis aspectu. cūq; elenasset rex faciem et ardentibus oculis furorem pectoris indicasset regi. na hoc videns corruit in pallorem colore mutato lassum super ancillam caput inclinavit. **Conuertitq;** deus spiritum regis in mansuetudinem et festinans exiliuit de solio et sustentans eaz vlnis suis blandiebat ei. **Tunc** illa ait vidi te domine quasi angelum dei et conturbatum est cor meum pre timore glorie tue. **Ac** rex consolabatur eaz. **Per** reginam hanc potest intelligi que libet fidelis anima spiritus sancti consolationem postulans que in principio sue visionis pre timore diuinitatis glorie aliquo terrore concutitur. **Sed** mox blanda lenitate diuinitus consolatur et immutatur in elephantem qui a via se subtrahit ne homines terreat. **Et** sicut elephas precedit hominem et viam ei ostendit. **Sic** et spiritus sanctus sua benignitate nos precedit et viam salutis ostendit. **Nam** signatur per columnam nubis que precessit filios israel in deserto de qua **Nee. ix.** Columna nubis non defuit eis per dies vt duceret eos in viam. **Et** non solum precedendo nos viā veritatis demonstrat. **Et** etiam more elephantis contra draconem infernalem pro nobis pugnat. quia non est alius qui pugnat pro nobis nisi tu deus noster. vt canitur. **Et** ideo quilibet christianus dicere potest ad deum patrem. **Spiritus tuus bonus** deducet me in terram rectā. **In** quibus verbis duo tangit. **Primo** spiritus sancti bonitatem ibi. **Spiritus tuus bonus.** **Secundo** eiusdem spiritus sancti utilitatem ibi. **deducet me in terrā.** **Quo** ad **primū** ē notandū q̄ bonitas spiritus sancti apparet in multis. **Primo** ex anime viuificatione quia absq; spiritu sancto anima viuere non potest etiam ad momentum sicut nec sine anima viuere potest cor nostrum. **Quod** autem spiritus sanctus viuificet spiritualiter ostendit **Ezech.**